



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 26. Idem Cardinalis pro firmando fœdere Romam decretus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

**Sæcul. XVI.** asseverans, quod Pontifici non modo  
A.C. 1555. sufficiens copiarum numerus, sed etiam  
ad tanti momenti expeditionem necef-  
farius deesset belli apparatus. Nihilo-  
minus Cardinalis Lotharingius novita-  
tum percupidus, atque arrogantia, &  
audacia ipso Cardinale Caraffa haud  
inferior summopere Pontificis consilium  
commendabat, palam professus, haud  
prætermittendam esse adeo opportunam  
Gallicæ Monarchiæ fines protendendi  
occasione. His quoque plura adhuc  
addidit, quibus facile expugnabat Regis  
animum, qui jamjam ad prosperos re-  
rum successus admodum inflatus aliun-  
de Guisiis, eorumque fautoribus faciles  
aures præbere assuetus arat.

## XXVI.

*Idem Cardinalis pro firmando fædere  
Romam decretus.*

*Pillar.*  
*Conc.hist.l.*  
*13 c.15.n.17.*

Ergo Lotharingius Cardinalis unacum Turnonio Romam decernitur: poste-  
rior vero Lugduni subsistebat, eoquod sub idem tempus Pontifex diploma e-  
vulgasset, quo decernebatur, ut is, cui  
jure Ostiensis Episcopatus obvenisset,  
sacri Collegii Decanus esset, ac proin  
ob hanc dignitatem ceteros etiam se an-  
tiquiores præcederet Cardinales: ea-  
propter Turnonius salva dignitate sua  
Romam venire se non posse existima-  
bat,

bat, ne Bellajo Cardinali, cui tum ea dignitas obvenerat, primum locum cedere cogeretur. Nihilominus Gallia-  
*Pallav. n.q.*  
 rum Rex pluribus literis sollicitatus Turnonio iter prosequi præcepit: igitur Cardinalis Lotharingius Menfe Septembri Romam delatus, tertio post Mensē fœdus cum Papa firmavit, invito Cardinale Turnonio, qui lacrimis ubertim profusis futuram Franciæ calamitatem jam tum deplorabat, palam Deum contestatus, quod tam improbum consilium nunquam suo firmasset consensu. Ceterum quantocius ad Regem decernebatur Ludovicus Sangelasius Lansacus, qui foederis articulos ad Henricum perferret, eosque ratos haberi curaret. Postea Lotharingius Roma profectus per Ferrariam iter prosecutus est, indeque Venetias profectus hanc Rempubli-  
 cam huic bello implicare nitebatur: ast ibi demum sibi rem cum Viris maturœ, ac prudenti judicio præditis esse sensit, qui se se ab omni belli ratione prorsus alienos esse ostendebant. Porro capita foederis præcipua erant ea, quæ sequuntur.

## §. XXVII.

*Articuli fœderis inter Papam, & Gallicarum Regem.*

P 5

*I. Rex*